Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit ta
bernaculum ioseph: et tribum ephraim non elegit
Sed elegit tribum iuda: montem sion quem dilex
it. Et edificauit sicut unicornium sanctificium suum:
in terra quam fundauit in secula. Et elegit dauid
seruum suum: et sustulit eum de gregibus ouium: de post
fetantes accepit eum. Pasere iacob seruum suum
et israel hereditate sua. Et pauit eos in innocen
tia cordis sui: et in intellectibus manuum suarum de
duxit eos. Ant. Tu es deus qui facis mirabilia. An
Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posu
erunt iherusalem in pomorum custodiam. Posuerunt mortu
ina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes
sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem
ipsorum tanquam aquam in circuitu iherusalem: et non erat q
sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nris:
subsannatio et illusio his qui in circuitu nro
sunt. Usque quo dne irascetis in finem: accendetur
velut ignis zelus tuus. Effunde ira tua in
gentes quae te non nouerunt: et in regna q nomen
tuum non inuocauerunt. Quia comederunt iacob:
et locum eius desolauerunt. Ne memineris iniq
tatum nrarum antiquarum cito anticipet nos mise
ricordia tua quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos
deus salutaris nr et propter gloriam nominis tui dne libe
ra nos et propitius esto peccatis nris propter nomen tuum
Ne forte dicant in gentibus ubi est deus eorum:
et innotescat in nationibus coram oculis nris. Ul
tio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est introeat